

# Bona verba atq; vota

*In Nuptias*

*AMPLISSIMI ET CONSULTISSIMI VIRI,*

D. D A V I D IS  
M A G E I R I, IC. NO-  
B I L I S E T I N A C A D E-  
mia Tubingensi Antecessoris  
eximii, p.t.

*RECTORIS MAGNIFICI;*  
*Cum*

Nobili & lectissima Virgine  
M A R G A R E T A,

*Nobilissimi, & Amplissimi Viri,*

D. J O H A N N I S K I E L M A N-  
ni, Illustriſ. noſtro à Consilijs  
ſecretoribus.

F I L I A,

priid. Non. Junij ſolemniter celebrandas

A N N O M. D C X I.

*Ditta scripta*

*A B*

Adfinibus & Magnificentiae ipsius  
devotis.

*Tubinga, Typis Theodorici Verlini, Typofusoris*

*Anno M. D C X I.*



# Carmen. I.


 SSE propinquorum communia quaq; bonorum,  
 Seu benè quaq; cadant, seu malè quaq; cadant:  
 Esse & Amicorum communia cuncta bonorum:  
 Vera canit sensu, qui canit illa, meo.  
 Vera meo canit, ô MAGIRE, Vir inclite, sensu:  
 Exemplaq; tuo, non nisi vera canit,  
 Collega, Affinis, Vicine, & Amice colende,  
 Quin & fraternâ Frater amate fide:  
 Cum tua cessisset fato suavissima Costa;  
 Heu propero nimium funere rapta tibi:  
 Costa tua ingenui decus immortale pudoris;  
 Costa tua è casto rapta IOHANNA thoro:  
 Communi tecum merito mærore dolebam;  
 Pars animæ caderet quod mediata tuæ:  
 Nec modò pars animæ, si pars huic creditur villa;  
 Sed magis ipsa anima in corpore tota tuo.  
 Nunc quia vere novo redeunt nova gaudia, dextrâ  
 Omnia munifici sic renovante D'E I:  
 Inq; tuas intrat thalamos nova Sponsa novatos,  
 Nobilis illa animi, corporis atque' bonis;  
 MARGARIS illa (inquam) gemmis preciosior illis  
 Omnibus, Eo quas maris vnda vebit:  
 MARGARIS illa (reor) KIELMANNA, in quolibet AESTU  
 Illa REFRIGERIVM dulce futura VRI:  
 MARGARIS illa (aio) KIELMANNA, Sponsa future  
 Vivida Gemma tibi, TEMPERIES QVE tibi:  
 Communi tecum merito quoque gandeo plausu;  
 Proq; novis nuptis nil nisi vota fero:  
 Auspicium optatum: Medium exoptatiusesto:  
 Optimus in TRIADOS nomine Finis:

A M E N.

Iohannes Harpprechtus V.I.D. & Professor  
in Acad. Tubing. Ordinarius.

## I I.

P H A L E V C I C A -  
tulliani,

D E A C M E E T S E P T I -  
M I O , V E R S V E L E G O S T R V C T I ,  
& Nobili amantium pari, Sponsis nostris felicissimis,  
boni ominis ergo trmissi, con-  
secratiique.

**S**EPTIMIVS dulces ACME N complexus amores,  
O ACME! ó animi gaudia sera mei!  
Nite ego perditè amo, dixit, ni perditè amare  
Te porro assiduos est mibi cura dies:  
Quantum qui potis est graviter perisse puellam,,  
Plurimaq; ob Dominam s̄rva tulisse suam;  
Tunc Lybiæ exustis depresso solus in oris  
Inveniar fulvis præda cupita feris.  
Vix ita fatus erat, levā cum parte renidens  
Leniter, optatum sternuit omen Amor.  
Verum ACME inflectens leviter caput, aurea amata  
Invadit tepido lumina basiolo;  
Atq; ait, ó mea vita, meum decus, huic iuvet vni:  
Nos Domino æternis dedere servitj.  
Acrior ut multò penitas mihi flamma medullas:  
Pascitur, & maius vulnere vulnus alo.  
Hoc ut fata fuit, levā quoq; parte renidens:  
Leniter optatum sternuit omen Amor.  
Nunc bono ab auspicio feliciq; ambo profecti:  
Mutuūm inexpleto pectore amantur, amant.  
Vnam SEPTIMIVS nunc deperit acrius ACME N,  
Quam Syrias mille, aut mille Britannigenas.

*Vno in SEPTIMIO fidei servantior ACME  
Mille facit docto pectori delicias.  
Ecquis felices unquam mage vidi amantes?  
Aut struttum auspicio candidiore thorum?*

## A

Zachar. Schäfero Poëseos & Histor.  
Profess. Ordinatio.

## I I I.

*Q*uid Mageire canam? quid usq; laudem?  
Quid grater? voveam quid? es Beatus.  
Thesaurus favet omnium bonorum,  
Donorum favet omnium omne cornu:  
Naturæ sine fuso & arte dotes,  
Virtutis sine fraude opes & Artis,  
Et mentis dubio carens colore  
Creta, te usq; beant beatitate.

Hinc quid Sponsa canam? quid ergo laudem?  
Quid grater? & voveam quid? at vovebo:  
Felix perpetuo usq; & usq; & usq;  
Virtutis lepidâ benignitate,  
Ut Sponsi vigeasq; gaudiasq;:  
Quid vis amplius? esq; erisq; FELIX.  
Quid ô Sponsa canam? quid usq; laudem?  
Quid grater? voveam quid? Es BEATA:  
Miræ discipula es suavitatis,  
Rare amabilitatis es magistra,  
Persuastrix lepidâ elocutione,  
Cultrix es calidæq; amationis,  
Virtutisq; habitaculum serenum,  
Et felix pietatis aula & hæres,  
Patris delicium, leposq; matris,  
Spes, res, flos, amor & medulla Sponsi.

Hinc quid Sponse canam? quid ergo laudem?  
 Quid grater? uoceam quid? at uocebo:  
*Vt Sponsæ vigeasq; gaudeasq;*  
*Felix perpetuo usq; & usq; & usq;*  
*Virtutis lepidâ benignitate.*  
*Quid donem, atq; feram quid? en rubellæ*  
*A Sponsâ has operâ vicariâ ortas*  
*Hortuli rosulas Anacreontis,*  
*Quas tempus inbet attulisse Sponso.*

**Φ** Τὸν δὲ παλίφυλον  
 Εαρὶς νέοι ἀηδή  
 Κυανωγὴς, γον, αὐνθὶς,  
 Ρύόδον ἢ μέλιμα κέρες  
 γυλικύπυνον, φέρισον,  
 Κείνον ἢ γυλᾶν, ὅπωπάς  
 Κάλει παλῶ ἐφέλκει,  
 Οδρῆ δὲ τέξπει στριῶν  
 Κεφαλὴ παλοῖς ἴδλοις  
 Στέφει παλοῖς κέρες,  
 Κέροιο ἐντρέσσοια  
 Σιεφάνοις κόμαι παλοῖσιν,  
 Αἱ χρύσεις, σέφοιλαι.  
 Σιεφέι παλῆς τε κέρες,  
 Εγκατεχέσσοιο κέρις,  
 Καὶ παρθένου παλῆς;  
 Καλῆς τε παρθένου,  
 Σιεφάνοις κόμαι παλοῖσιν,  
 Αἱ χρύσεις, σέφοιλαι.

Τῇ παύμανθ' οἰέρωτις,  
 Καὶ θελυμάτων ἀγωγός  
 Τέχνη παλῆ! ἢ ἔτως  
 Δολόεσσα Μαργαρέτης  
 Μαργέρις ἀνδρὸς ἔνκλεψε  
 Κερδίη λαβόντη ἔρωτα,  
 Ρύδινης δέπτοντα Τέχνης,  
 Ρύδων ἐτερψθας αἰερεῖ,  
 Μίξασα τῷ γάλακτι  
 Ρύδα, καὶ γάλαξ ρύδοισι  
 Δολόεσσα Μαργαρέτης  
 Δόλω δέσσοι εὐίκα  
 Ο αἰόδημις Μάργερης  
 Δέλλοις Φρενῶν σόκνως  
 Σοφίης λαχῶν ἀστοῖς,  
 Αρείης λαχῶν καὶ ἄλλοι  
 Διδαχῆς λαχῶν τε δάφνην,  
 Σοὶ αἰόδημις μάργερος  
 Οὔτως δόλω εὐίκα.

## E A D E M L A T I N E.

**C**En flosculi venusti,  
 Veris novelli honores,  
 Subnigricans vel herba  
*Violæ; aut lepos puella.*  
*Ornamen illa veris*  
*Rosa, flosculus rubellius;*  
*Aut*

Aut albida illa till  
 Ridentis ora, ocellos  
 Grato colore pascunt.  
 Dulciq; odore nares,  
 Malcentiq; recreantq;  
 Pulcellulisq; fertis,  
 Corollulisq; pulcris,  
 Pulcellula puella,  
 Dulcesq; virginellæ,  
 Amandulis puellis  
 Capita ambiunt rosellis:  
 Corollulisq; pulcris  
 Pulcelluli puelli  
 Amandulis puellis,  
 Gratisq; virginellis  
 Capita ambiunt rosellis.  
 Hinc depluunt & imbræ  
 Amoris, & caloris  
 Hinc igniuntur ignes.  
 Ars pulcra, techna dulcis!  
 Sic Margaris dolosa,  
 Sic sic Viri probati  
 Tacitos Maguri amores  
 Roseæ hacce messis horâ

Pavisti ocellulosum,  
 Hirquosq; , nariumq;  
 Siphunculos trabaces.  
 O Margaris dolosa,  
 Et latteas roſarum .  
 Rubore temperata  
 Genas, & inde lactic  
 Albore mitigata  
 Roseas & hinc & illinc  
 Maculas: sed haut inulta ha:  
 Astutias dolosq;  
 Feres dolosa Virgo:  
 Caperisq; vincerisq;  
 Rursus dolis Mageri,  
 Virtute quos & Arte,  
 Pietate quos, & imo  
 In pectoris recessu  
 Clarore, amore, more,  
 Vigore, flore, rore  
 Candore mentis, Artis  
 Splendore, honore Sceptri:  
 Cuditq; fabricatq;  
 Sic ô dolosa Virgo  
 Caperisq; vincerisq;

M. Iohannes Baptista VVeiganmeir.  
 Graecæ L. Professor. P.

IV. Do-

## I. V.

D<sup>o</sup>tatus D<sup>A</sup>VID D<sup>o</sup>ctrina D<sup>o</sup>gmata D<sup>o</sup>nans,  
 A<sup>p</sup>spicit A<sup>d</sup>versas, A<sup>d</sup>motis A<sup>r</sup>ribus, A<sup>u</sup>ras,  
 V<sup>t</sup>itur; V<sup>u</sup>ndarum V<sup>u</sup>arios V<sup>u</sup>itare V<sup>u</sup>olebat  
 I<sup>m</sup>piger I<sup>n</sup>teritus, I<sup>n</sup>statq<sub>3</sub>, I<sup>n</sup>venerit I<sup>b</sup>idem  
 D<sup>e</sup>pus, D<sup>i</sup>gnos D<sup>o</sup>minum D<sup>o</sup>naffe D<sup>i</sup>esq<sub>3</sub>.

M<sup>a</sup>gnificus M<sup>a</sup>gnes M<sup>a</sup>rgritam M<sup>o</sup>re M<sup>o</sup>destam  
 A<sup>t</sup>trahit, A<sup>f</sup>fiduos A<sup>n</sup>imarum Annectit A<sup>m</sup>ores  
 Grandiloquius, G<sup>r</sup>atus, G<sup>e</sup>nerosus G<sup>a</sup>ndia G<sup>e</sup>stans.  
 I<sup>n</sup>cipient I<sup>g</sup>nes I<sup>n</sup>clusi I<sup>u</sup>bila I<sup>n</sup>ire;  
 R<sup>e</sup>tribuant R<sup>e</sup>bus R<sup>e</sup>bur Rumpatq<sub>3</sub> R<sup>e</sup>unias;  
 V<sup>x</sup>orem V<sup>i</sup>ncant V<sup>e</sup>hementia V<sup>i</sup>clla V<sup>e</sup>nustam;  
 S<sup>p</sup>lendoris S<sup>p</sup>eculo S<sup>p</sup>onsum S<sup>p</sup>onsalia S<sup>i</sup>gnent.

D<sup>e</sup>fendat D<sup>o</sup>minus D<sup>o</sup>minum D<sup>o</sup>minamq<sub>3</sub> Dianam.

o. e. g. e. f.

Georgius Schütz, Tubing. LL.  
Stud.

## V.

E<sup>T</sup> solitum & caustum est: Non longa monilia colli  
 Sed nitidi mores sunt muliebre decus.

Virtus

Virus quem penes est hominem non linquit egenum:  
 Ille trahit placido candida vela salo.  
 Praesidium vita dant pondera divitis auri;  
 Corporis oppressi membra levata beant.  
 Splendidior verum gravis est fortuna marito,  
 Impia cui coniunx & malefida data est.  
 Nec saltē fucata sed & pertincta veneno  
 Virus habet teturum Gorgoneumq; malum.  
 Edibus ergo salus coniunx, & pestis acerba est,  
 Illa DEI cultrix, hac mala corde gerens.  
 FELIX ô nimium es felix; erepte periclo  
 Tanto, mens sociæ est nempe probata tua.  
 De qua quicquam aliud mentiri fama veretur,  
 Splendentि patriâ nobiore notâ.  
 Gratia quam formæ facilis? quam prompta laborum?  
 Corpore sic animo Sponsa polita suo.  
 Quæ magis ipsa intus gratatur pectore clauso.  
 Sortem, quam portant fata secunda sibi.  
 Illius proprias cumulat multo agmine dotes  
 Virtutum Sponsi Gloria Magnifici,  
 Eia, tam varie faustas coniungite dextras,  
 Exhilarate diem, Connubijq; thorum.  
 Copula quos irrapta tenet, feliciter usq;  
 Vivite, dum claudunt ultima fata diem.

Honoris e.

à M. Daniele Efferhen, ex sorore  
nepote.

## V I.

O clara clari Progenies satūs  
 MAGIRE, splendens Fax Academia,  
 Palmaris Astræ Choragi  
 Gloria rara, Themistiosq;

B

Quem

Quem sponte nuper totius inclitus  
 Aula Senatus, non sine calculo  
     Suffragiorum luculento  
         Purpureum Eunomie ad Tribunal  
     Subselliorum & prima statumina  
     Evexit, ut in isto titulo recens  
         Inaudiat nunc literati  
     M A G N I F I C V S gregis IMPERATOR.  
 Ergò secundâ incendere, ipso vice  
 Tadæ maritas fervidior tibi  
     Fatigat imum flamma pectus,  
     Astripotentis Heri favore.  
 Plaudant globatim quorquot ab entheo  
 Vates cluent æstro, imperij & tui  
     Se umbone submissi tuentur.  
 Gymnados, en, subito universus  
 Cœrus te adores cultibus; omnium  
 Sit confona hac vox. Sit BENE DAVIDI  
 Cum M A R G A R I K I E L M A N I A N A E  
     Semideam speciem propagis  
 Præ seferente. En adspice ut angulus  
 Lætiscit omnis! Nicrus amœnior  
     Ut gratulatur murmurante  
     Flumine quæ strepit insolenter.  
 Ipse volucres plausibus æra  
 Mulcent sonoris: dorsa remugint.  
 Cum vallibus montosa & alti  
     Terga superciliosa clivi.  
 Quin ipse gaudens sensit ut hanc diem  
 Äther parari sustulit imbricum  
     Vim pertinacem, sole apricis  
     Ignibus iradiante cœlum.  
 Quid multa? In omen iubila convehunt.  
 Cuncta auspiciatum: cuncta penatum,  
     Et omnium gens doctiorum  
     Etria leuitarum ovatum.

Hec

*Hec publica inter, nunc mea & ipse met  
 Mensis proprium gaudia carmine  
 Contesor, ô V R I S S A C E R D O S,  
 S C E P T R I G E R ô T U B I A E C O H O R T I S.  
 Et repperiri nulla lubentia  
 Sit mi voluptas gravior, amplior,  
 Festivitatem quam insolentem hanc  
 Promerito celebrare plectro.  
 Sed spes avaras, votaq, turgida  
 Fors Dadalei territat Icari  
 Suadetq, ne maiora tentem  
 Viribus, ingenijq, captu.  
 Siste ergo cursum. O inclita C O R C V L A  
 Vos coniugum, vos vivite perpetim  
 Latii. Satu disseminate  
 Quam lepidissima germinilla  
 Hinc annuum quae referant Patris  
 Inscripta blandis N O M I N A ramulis,  
 Qua differant stirpem Nepotum  
 Mille per ingenuos nepotes.*

*Observantiae submissioris,  
 Ominis auspiciatioris ergo*

*debiuit hoc quicquid est*

*Iohannes Haselmeir, Efferding  
 Austrius.*

### V I I.

*N*On semper rabiem & sparsum astra procellas  
 Parturit unda freti, fundoq, emota minaces  
 Exspirat per saxa sonos, atq, alta cavernis  
 Torquet anhelantem spumanti vertice Thetyn:  
 Sape at sopito tranquilla malacia ponto  
 Imperat, & rauco recinens per cœrulea cornu  
 Argutus pelagi compescit murmura Triton.

Nec usq; nimbo canus albo Iupiter  
 Ruens gelatis torret arva flocculis,  
 Nec usq; tellus animulâ Favonij  
 Morientis anni orbata suspirat vices.  
 Quandoq; torpidum hispidis flabris gelu  
 Blandus resolutus advenat tepor pede;  
 Apricitate veris halatur dies,  
 Et inquieta Solis aurei coma  
 Humi colorat terga floribus novis.  
 Quin alfa flabra sapc delicatus  
 Zephyritidos amanulas per areas  
 Etesiarum lusitant choreolis.  
 Tu magna magni progenies patris  
 MAG EIR E, nostrâ lux Academie,  
 Regale cuius iam gubernas  
 Magnifica gravitate Sceptrum;  
 Tu cordis olim dimidium tui  
 Constanter virges flebilibus modis,  
 Nuper profanis quod revulsu  
 Ausibus heu sicilice Mortæ  
 Vernantis & vi in curriculo occidit,  
 Cen malva curvæ dentibus invidis:  
 Succisa falcis, aut aratro  
 Asphodelus graviore tacitus:  
 Illum animam: sola in quâ solus vivere, quæq;  
 Te solita in solo vivere sola fuit;  
 Quam comes lateo decorabant pectore mores,  
 Atq; ille exprompti floridus oris honos.  
 Cuius & in facie mater Natura pependit,  
 Arg; opere obstupeuit dædala victa suo;  
 Amarulentis luctibus expetis;  
 Et sive lucem lux Hyperionis  
 Indulget orbi, sive nigris  
 Noctis humum tegit umbra pennis.  
 Suspiriorum fluctibus innatas,  
 Quin sauciatis ille tumor fibris  
 Crudecitur usq; & usq; strictum:  
 Spiritui atq; animæ meatum.

Praestrangulans præ cordolio gravi.  
 Orumpe tandem rumpe molestias  
 Fit sic ubi sic fit. Nec unquam,  
 Frigida quam semel est secuta  
 Vitalis ævi pausa, revertitur.  
 Severa IOVÆ namqz adamantino.  
 Lex & vternum permanentis  
 Hanc graphio seriem tabellæ  
 Prescripsit. ergò define mollium  
 Tandem querelarum, atqz animi novis  
 Iam delibutus gaudiorum  
 Roribus, hinc abige hinc Tyrannas.  
 Namqz illa & illa tandem,  
Quæ nuper incidebat,  
 Reparata iam ruina est:  
 Bonum quod auferebat  
 Ausu profaniore,  
 Acerbiore cæde,  
 Soror cruenta somnij;  
 Idem benigna Mater  
 Cum fænore ampliore,  
 Et ditiore censu,  
 Natura iam resarcit.  
Quas nuper entheare  
 Sospes IOHANNA vivas  
 Anima fovebat auras;  
 Has follibus caduci  
 Corpuscub exaneutes  
 Excepit ore furtim  
 Tua MARGARILLA bella,  
 Tua bella MARGARILLA.  
 Vide sine verberantem  
 Te limulis ocellis?  
 Fronteqz amaniore,  
 Honestiore vultu,  
 Amiciore cultu,  
 Humaniore visu,

*Iucundiore risu,  
Nittu de sentiore,  
Tibi blandule annuentem?  
Pol hanc tuam IOHANNAM  
Quis esse per negassu?*

*Si dotes animi altiore mentis  
Te cum examine pensites; probate  
Virago pietatis audit; illa  
Imbibit capita orthodoxa sana  
Doctrinæ & Fidei; IOVÆ QVE amorem  
Tenella hauserat intimis medullis.  
Hanc natam EVSEBIE sereniore  
Fovit sub Zephyro suis in hortis;  
Deinceps Areti dedit sorori  
Succis ne clareis probè irrigandam:  
Unde tam nitidè coruscat inter  
Choros Virginei pudoris, omni  
Virtutum radiosatuse, qualis  
Sereno æthere Noctiluca pulchris  
Circum splendida siderum nitelis.  
Quid beatius hac beatitate?*

*Huic Charitum pleno larga indulgentia cornu  
Certatim effudit promptas in munera dextras.  
EVPHROSTNE laetis suetu, melliginis imbre  
AGLAIA, Ambrosiæ nutritivit rore THALIA.*

*Si luculenta scitulæ  
Magmenta vis corpusculi;  
Hercle hic tua venustulæ  
IOHANNÆ imago vivida.  
Illius ocelli cœlitum  
Vincunt faces Quiritium,  
Et in volucra Punici  
Mali genarum purpura  
Adæquat, hinc inde albulis  
Roris rigata lathei  
Quæ candicat pruinulis.  
Illa eburata dentium*

*Quid*

*Quid septa dicam, quæ hinc & hinc  
 Labellorum flammis  
 Vallata scitè mœnibus,  
 Et Lilio rum argenteos  
 Candore ludunt flosculos?  
 Sic ergo quod ferebam,  
 Quæ nuper incidebat  
 Reparata iam ruina est:  
 Soror cruenta somni  
 Bonum quod auferebat,  
 Illud benigna mater  
 Natura iam resarcit.*

*Evax! iam video, sese animosior  
 Exsертat liquida mentis alacritas  
 In te, ô EV NOMIÆ nobile corculum:  
 IOHANNÆ veterem noscis imaginem;  
 Et clepsisse tibi viscera pectoris  
 Ardoris valida vredine comprobas.*

*Ergo quid adprecabor  
 His nuptijs novellis  
 Faventiore cœlos.  
 Et omnium bonorum  
 Congratulante voto  
 Feliciter patratis?  
 O coniuges novelli  
 Ad ultimam senectam:  
 Estote copulati;  
 O coniuges novelli  
 Ad usq; sempiternæ  
 Perennitatis ævum  
 Estote coningati:  
 Ac porro dñe iugaudi  
 Æternitate nulla  
 Estote coningati.  
 Domusq; vestra semper  
 Et prole Masculinâ,  
 Et prole Fæmininâ.*

*Adolescat*

Adolescat & virescat:  
 Quia non in hac coruscant  
 Mortalitate solum,  
 Sed & insolenter olim  
 Refulgeant in ipso  
 Eternitatis & vo.  
Quin & nepotum corpore floridi  
Progerminantes cernite ramulos,  
 Praegestientes glorioſos  
 Perpetuare apices Avorum:  
 Semperq<sub>z</sub> pronos ingenuæ auream  
MAGEIRIANÆ temperiem indolis,  
 Nivemq<sub>z</sub> cordis, & sereni  
 Simplicitatem animi & mulari.  
 Tandem & triseclis secla ubi Nestoris  
 Emenſi, ad ipsam deproperabitis  
 Fatalis & vi metam, ad alta  
 Tunc Superum volitate templaz  
 Vbiſacratas non sine maximo  
Amanitatis delicio, entheis  
 Canore dulci cum Angelorum  
 Coetibus ingeminis odas.  
 Interea firmo conſtricti corpora nexu  
 Candida felicis pertexite ſtamina vita:  
 Nec variantis Her& faciant vos ludrica ludos  
 Ludibria, at vultus ſervet, ſine nube, ſerenos.  
 Tale inquam unanimes traducite molliter & vum:  
Quale erat, auratos cum Pax redimita capillos  
 Pallade, & advolitans niveis concordia pennis  
 Viveret, & nullum ſentirent ſecula ferrum.

Ioh. Martinus Rauscher Horben-  
ſis P.S.

F I N I S.